

bis mors illa prodesset; impia, blasphema, contumeliosa Christo, atque heretica est. Si vero de morte efficaciter opperita, & secundum abfolutam procurandae salutis voluntatem tolerata sumatur, catholica est. Nam & Christus ipse par omnino sensu animam pro oib[us] suis se ponere dicit; nomine ovium electos & prædestinatos duob[us] procul intelligens. Joan. 10. Animam meam pono pro oib[us] meis . . . Oves meæ vocem meam audiunt, & ego cognosco eis, & sequuntur me, & ego vitam eternam do eis.

Quo etiam sensus a Patribus sapientia asserta est, in quos nemo dixerit Clementem XI. censuram tuuisse.

Sic Augustinus Epist. 102. ad Eudionum, Non perire unus ex his, pro quibus Christus mortuus est. Serm. 8. de S. Vincentio, Christus non perdit quos emis sanguine, Tract. 45. in Joan. ad illa verba, proprio filio suo non perperit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, addit, pro nobis prædestinatus, justificatis, glorificatis; de quibus sequitur, quis accusabat adversus electos Dei? Tract. 66. Qui ita confitentur Christianum Deum, ut bonum neget, nec pro illo mortuus est Christus. Tract. 123. Omnes fecit suas oves, pro quibus est passus, quia ut ipse pro omnibus patraret, ovis est factus.

Ecclesia Smirensis in epistola relata ab Eusebio lib. 4. Historie Eccles. cap. 15. Christus pro salute omnium, quotquot ex genere humano salvati futuri sunt, mortem portulis.

S. Gregor. M. hom. 2. in Ezechiele. Pro electorum vita usque ad mortem se tradidit auctoritate.

S. Prosper in Responsione ad capita Gallorum cap. 9. Cum rectissime dicatur Salvator pro totius mundi redēptione crucifixus, propter veram humanū nature suēcōpōnēt, & propter communēnēt in primo homini omnium redēptionēt, potest tamen dici pro his tantum crucifixus, quibus mors ipsius profuit. Dicit enim Evangelista, quia Jesus mori- turus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed etiam ut filios Dei dispersos congregaret in unum.

Quo omnia Patrum dicta hac una mortis, sufficiēt & efficaciter tolerat, distinctione, in catholicum sensum flecluntur, ut nulli omnino censura subesse possint.

### §. III.

Propositio Quesnelliana censura notata.

Propositio 33. Prob! quantum oportet bonis terrenis, & fidem ipsi renunciare, ad hoc ut quis fiduciam habeat, sibi ut na dicam appropriaudi Christum Iesum, ejus amorem, mortem, & mystériam, ut facit Paulus dicens, qui dilexit me, & tradidit semipsum pro me.

### O S S E R V A T I O N E.

I D unum, quantum conjicere licet, in ea propositione censura dignum vīsum est; quod iis, qui bonis terrenis, ac fidem ipsi renunciare, fiduciam habere posse dicantur, applicandi sibi Christi Domini mortem, ejusdemque amorem; quali & alii fiduciam illam habere non possint, ac etiam debent. Verum est & illud variis sensibus obnoxium, secundum quos & damnari propotio, & absolvī potuerit.

Si ergo de fiducia fermo fiat, unicuique fidei communī, orta nimis ex fide, qua credit unusquisque illorum, pro se Christum Dominum esse

mortuum, errore est propositio. Hæc enim fiducia unicuique fidei inesse debet, quamquam bonis terrenis, ac fidem ipsi non renunciaverit. At si de fiducia illa eminenti firmissimaque, Apostolorum propria, fermo fiat; orta scilicet ex peculiari revelatione, qua novarent se ad prædestinationum numerum pertinere, pro quibus speciali quodam modo mortuus est Christus; indubitate veritas est, cui a Clemente XI. præscriptum nemo poterit. Equis enim neget, specialiori plane modo, firmiorique fiducia, Christi mortem atque amorem arrogare sibi posse, atque ut ita dicam appropiare, ac vindicare, qui de ea pro se ipsi efficaciter opperita, æternaque sua prædestinatione sunt certi; (quo in numero Paulus erat) quam qui communi ceterorum hominum, ac etiam fiducium forte versantur? Neque tamen idcirco Christi mors generatim ac sufficiēt pro reliquis hominibus appetita negatur; sed peculiaris Christi in Paulum, illiusque similes benevolentia, & prædilectione declaratur; uti eleganter advertit D. Joannes Chrysostomus, hunc ipsum Apostoli locum expendens, cujus occasione confidit illa a Quæsnellio facta est; qui dilexit me, & tradidit semipsum pro me . . . Quid facis Paule, dum communia propria tibi vendicas, queque pro toto terrarum orbe facta sunt, tibi facis peculiaria? Non enim dixisti, qui dilexit nos, sed qui dilexit me: atque Evangelista dixit, sic Deus dilexit mundum; & tu ipse alibi dicas, qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: Non igitur pro te sed pro omnibus. Cum consideraret Apostolus infirmitatem humanae nature, & ineffabilitate Dei sollicititudinem; tum quibus illum malis liberasset, que bona largitus esset, inflammatu illius desiderio hunc in modum loquutus.

Quapropter expedire omnino videtur, ut de qua fiducia iudicium Clemens XI. fecerit, explicetur: ne de Paulo, ceteraque Apostolis minus alte sensisse videatur, eodemque communi fiducium forte collocasse; tanquam nihil a Christo Domino prædicto, qui primis spiritus accepterunt, quoque ille operis sui vicarios fecit & admissos.

Atque hic Observationum istarum finis est. Pro quarum coronide illud ingenue profiteor, me in eo damnatarum propositionum criterio, non id quæsi semper, quis in ambiguis & æquivocis propositionibus sensus fuerit, ab ipsomet Autore intentus animo; (qua facti quæsi est, & implexa fari, & instituto proflus inutilis:) sed quis illi sensus fuerit a delegatis Cenforibus attributus, atque presumptus; in quem jure animadverterent. Quod tuendz latarum Cenfurarum Orthodoxie, quæ sola modo Theologos tangit, fatus est.

### P E R O R A T I O.

A Udi nunc Beatissime Pater, Theologia supplicantis vota precepsit. Cumque propositiones 101. præscriptæ, per se fatem spectatae, variis sensibus subintenduntur; in quem Clemens XI. censuram distinxerit, Ecclesiastam oraculo docet. Sic sane nulla Decessori interrogata iuritia, nulla tanto Nomini labo adspersa, immo nulla illius Constitutioni facta litura; sublati donatax damnatarum in ea propositionum æquivocis, explicatique ambigibus, restitutes univerfa. Apostolica fides gloriam, cui, Clementina Constitutionis occasione, maligne obstrepunt sycophantes, securis afferes: Fideles in eo damnatarum sententiārum ambiguo titubantes, certissimis præceptis confirmabis: priorem saniorem doctrinam, quam nonnulli eō diplomate violatam stulte queruntur, in ruto penes.

nes: Sacrorum Conciliorum, Patrumque decretæ, quæ convulsa nonnulli petulantē efficiunt, invictæ defendit; Catholicas scholas novis implicitis litibus, novaque opinionum corruptela turbatas le-

vabis ac recreabis; hereticis demum protervisque hominibus, indistincta illa ambiguarum propositio-num damnatione turpiter abutentibus, ora præcludes, pudorem incutes sempiternum.

## Q U Ä E S I T A

Ex superioris supplicationis observationibus nata, ad quæ responderi Theologi rogant:

Ut detur Catholicis Scholis quies, omnisque Constitutione UNIGENITUS abutendi, tollatur occasio.

### §. I.

De Lectione Scripturae Sacrae.

1. **U**trum damnatione propositionum 79. 80. 81. 83. 84. 85. damnati censendi sint Ecclesiæ Patres numero multi, Origenes, Chrysostomus, Basilius, Ambrosius, Augustinus, Hieronymus, Gregorius Magnus, Thomas Aquinas, & Gregorius IX. Roman. Pont. qui Scriptura Sacra lectionem, absolute quidem, ac per se fatem, omni personarum generi congrue, ipsius etiam laicis, simplicibusque filiis necessaria esse, saepissime monent; mulieres pias ac religiosas ad eam lectionem invitant; obscuritatem denique verbi Dei, ad sacra lectionis excusationem, a laicis obtendi non posse proventur?

Annon potius ea damnata sint propositiones, quod non satis inter peccatores distinguunt, qui bimaculam ea sit servanda disciplina severitas?

2. Utrum damnatione propositionis 87. ea Theologorum omnium communis existimatio deleta sit; qui peccatores nondum Deo reconciliatos, ius nullum veluti nativum ac strictum habere norunt, ut Missa sacrificio presentes affiant; sed hoc illis ex Ecclesiæ duntaxat indulgentia sive consummum, ac tandem legi præceptum agnoscent?

Annon potius ea damnata sit propositionis 82. damnati censendi sint optimi quique moralis doctrina Magistrorum; qui piorum liberorum, ac cum maxime Sacramentum Scripturarum lectionem, iis pietatis operibus adnumerant, quibus Dominica dies sanctificanda est?

Annon potius ea damnata sit propositionis 88. damnata censendi ratione: aut certe, quod oblique significet, nihil esse curandum factum aliquibus interdictum, Scriptura Sacra in vernaculari versionibus legitimanda, ut vel sic diem Dominicam collant universi?

### §. I. I.

De Divinorum Officiorum celebratione.

3. Utrum damnatione propositionis 86. erexit voluerit Clemens XI. foliatum hoc simplici populo, jungendi vocem suam voci totius Ecclesiæ; quamquam, & ipse communem Ecclesiæ linguam orando teneat?

Annon potius ea damnata sit propositionis 87. quod oblique significet, usurpandam esse ab Ecclesiæ vernaculari linguam in divinorum officiorum celebratione, ut suam illi vocem simplex populus orando possit adjungere?

### §. III.

De dilatione absolutionis.

4. Utrum damnatione propositionum 87. & 88. recifissa putande sint facrorum Conciliorum, Sanctorum Patrum, omniumque probatorum moralis disciplina Magistrorum regulæ, de differenda, immo quandoque neganda absolutione publicis peccatoribus, graviorum criminum reis, relapsis, aliis malo ceterorum exemplo, arque ex confusione peccantibus; aut etiam ordinariis peccatoribus mihius bene dispositis, ac neendum sincerum preventum spiritum habentibus?

Annon potius ea damnata sint propositiones, quod non satis inter peccatores distinguunt, qui bimaculam ea sit servanda disciplina severitas?

5. Utrum damnatione propositionis 89. ea Theologorum omnium communis existimatio deleta sit; qui peccatores nondum Deo reconciliatos, ius nullum veluti nativum ac strictum habere norunt, ut Missa sacrificio presentes affiant; sed hoc illis ex Ecclesiæ duntaxat indulgentia sive consummum, ac tandem legi præceptum agnoscent?

Annon potius ea damnata sit propositionis 82. damnati censendi sint optimi quique moralis doctrina Magistrorum; qui piorum liberorum, ac cum maxime Sacramentum Scripturarum lectionem, iis pietatis operibus adnumerant, quibus Dominica dies sanctificanda est?

### §. I. V.

De Impiorum oratione.

6. Utrum damnatione propositionis 59. damnata illud si facrorum Scripturarum oraculum, Sanctorum Patrum interpretatione declaratum; Impiorum scilicet orationem, iniquo, maligno, arroganti, ingrato, fallaci animo supplicantium, aut etiam illicita, salutique contraria postulatum, novum esse peccatum?

Annon potius ea damnata sit propositionis 80. a delatoribus detracata, de quavis peccatorum oratione generatim & universe pronunciata, delegatis censoribus visa sit?

### §. V.

De timore paenarum.

7. Utrum damnatione propositionum 61. & 62. damnata censendi sint D. Augustinus, D. Prof. per, D. Gregorius M. & D. Thomas, qui timorem non nisi manum cohibere, hominemque solo

paenæ

esse contendunt; ut & ipsi baptizati Christiani, si solo nunc timore ducantur, ad vetus Testamentum, secundum spiritum pertinere censeantur; Circumcisus vero Iudei; si amore olim ducerentur ad novum Testamentum, secundum spiritum per concussum, conditionatam peccandi voluntatem, frequenter affirmant?

Annon potius ea damnata sint propositiones, quod timorem servilem novum esse peccatum, affere videantur; hominemque facere magis peccatorem, ac magis hypocritam?

8. Utrum damnatione propositionis 60. damnati putandi sint D. Gregorius M. D. Bernardus, D. Thomas, ac Synodus Colonensis; dum *solum* suplici timorem, ubi nimis est, ad desperationem adducere docent; *solum* tamen intelligentes, quod non modo amorem iustitiae, verum etiam spem venie proflus excludat?

Annon potius ea damnata sit propositionis, quod de timore solo putetur loqui: *solo*, inquam, ut amorem iustitiae duxat excludit, non itidem spem venie?

9. Utrum damnatione propositionum 64. & 67. eorum Theologorum sit damnata sententia; qui, posita dupliciti timoris servilis distinctione, (alterius quidem mere naturalis, carnalis, serviliter servientis, quo tempore pena ut sumnum malum timeret ab homine, immo plus pena timeret, quam offensa Dei; alterius supernaturalis, qui motus est Spiritus S. mundum quidem inhabitantis, sed tamen moventis) contendunt, timorem primi generis vitiosum esse, Deumque sibi representare ut Dominum durum, imperiosum, injustum; hominemque re ipsa peccare, qui malum eo solo timore devitat?

Annon potius ea damnata sint propositiones, quod de secundi generis timore enunciata existimetur?

10. Utrum damnatione propositionis 66. (qua certe non secundum se rotam, sed ratione postrema partis iusta est) ea sit damnata sententia, que timorem servilem, mere naturalem, serviliterque servientem, paulo ante descriptum, bestiarum proprium dicit esse?

Annon potius ea sit damnata propositionis huius postrema pars, quod de timore servi quidem, sed tam supernaturali, paulo supra explicato, dicta credatur; quasi & ille bestiarum sit proprius?

#### §. V. I.

##### *De discrimine utriusque fœderis.*

11. Utrum damnatione propositionum 6. & 7. damnati putandi sint D. Augustinus & D. Thomas, hoc idem discernere inter utrumque fœdus disertissime constituentes; illi neque spectatis, quae unicusque fœderi, ex propriis mentis, propriisque cuiusque ratione convenienti: ut nimur significent, Iudeos se ipsis, atque ex conditione fœdii Moiaica legis, infirmos & impotentes ad bonum; divinam gratiam, legisque implenda potestaret, virtute & efficacia ipsius antiqui fœderis non habuisse, sed tantum per spiritum novi; ad quod per fidem (quam in Christum venturum habebant, quoque spirituales erant) dubio procul pertinebant?

Annon potius ea damnata sint propositiones, quod Judæos omnes omni Christi gratia fuisse defructi, absoluatique implenda legis impotencia laborasse, non leviter innuant?

12. Utrum damnatione propositionis 63. damnata putanda sit D. Augustini, ac D. Thome Aquina; qui timorem, veteris quidem Testamenti, amorem autem novi, characteristicam notam ita

anno potius ea damnata sit propositionis, quod de quieta & pacifica tolerancia cuiuscumque excommunicationis iustitia putetur loqui; etiam

nullam

#### §. VII.

##### *De Ecclesia, & Juramentis in ea fieri solitis.*

15. Utrum damnatione propositionum 72. 73. 75. 76. damnata censendi sint D. Augustinus, D. Gregorius M. qui Ecclesiam perinde definientes, flos in ea collocant jutus ac Sanctos: Ecclesiamque unum hominem mystice vocant, unam personam, caput & membra, Christum nimur & jutus: Ecclesiam tamen intelligentes, secundum illius animam duxat, spiritumque vivificantem acceptam; eti secundum corpus, ac prout societas visibilis est, insignes etiam foveat peccatores?

Annon potius ea damnata sint propositiones, quod Ecclesiam qua late patet definire existimatur, omnesque peccatores ab ejus corpore separare?

16. Utrum damnatione propositionis 74. ea sit plurimum Theologorum opinio damnata, qui præludente D. Augustino, contendunt, iustos & peccatores, in Ecclesia quidem esse ac de Ecclesia, illos tamen vera illius membra non esse, ac simpliciter dicta, sed secundum quid tantum & æquivoce: seu partes illius esse duxat extremitates, ac veluti peccantes humores mystici corporis?

Annon potius ea damnata sit propositionis, quod flos justos ac sanctos, Ecclesiam quomodolibet seu membra, seu partes esse putetur dicere?

17. Utrum damnatione propositionum 77. & 78. damnatus putandus sit Augustinus, qui malos Christianos ab Ecclesia, seu ab interno illius spiritu, animaque vivificantem, per vitam pessimam separari, sepissime monet?

Annon potius ea damnata sint propositiones, quod oblique falso innuant, Christianos illos ab Ecclesia visibili corpore per vitam pessimam separari?

18. An damnatione propositionis 29. damnatus quoque sit Augustinus, nullam extra Ecclesiam gratiam agnoscent, quæ salutem illic operetur, & vitam?

Annon potius ea damnata sit propositionis, quod de quieta & pacifica tolerancia cuiuscumque ex-

nullam cuiusvis generis gratiam, extra Ecclesiam dari, (ut est a delatoribus mutilata) significat?

19. An damnatione propositionis 101. damnata sit communis Theologorum assertio ex sacris litteris, ex D. Augustino, & D. Thoma delibata, Juramentorum frequentiam divina lege vetam esse; ne fides ex iurando confuetudine in pejerandi periculum veniant?

Annon potius damnatus duxat sit hujus assertioris abusus? Si quis forte inde colligat, peccare Ecclesiam, dum ad retengendos haereticos, in subscribendis fidei formulis exigat a fidelibus juramentum? Quæ damnati scriptoris intento in ea proferenda propositione, credita est.

#### §. V. I. I.

##### *De Legibus & Censuris.*

20. Utrum damnatione propositionis 71. ea sit damnata sententia, Christi Domini oraculo confirmata, quæ hominem posse se dispensare ait a lege positiva, ubi extrema necessitas urget?

Annon potius ea sit propositionis damnata, quod extrema necessitas calum, quo solo licita est dispensatio, minus explicit; nullaque legum distinctionem ponat, a quibus licitam facit dispensationem?

21. Utrum damnatione propositionis 90. ea sit damnata sententia, que Episcopis excommunicare debere ait, ex consenti falso presumpto totius corporis; hoc est, iuxta mentem & intentionem Ecclesie, que tunc consentire presumitur, dum ferendarum Censorum Canones ab ea conditi, ab Episcopis observantur?

Annon potius ea sit propositionis damnata, quod astere videatur, populi consensum ad excommunicationis firmitatem desiderari?

22. Utrum damnatione prima partis propositionis 91. ea sit damnata sententia, que tenet, metum excommunicationis certo & evidenter iustitia, neminem retrahere debere ab impiendo debito suo, si stricti sit juris, naturalis scilicet aut divini?

Annon potius ea damnata sit propositionis, quod nec excommunicationis iustitiam fatis explicet, nec implendum debitum ullo pacto distinguat?

23. Utrum damnatione secunda partis propositionis ejusdem, ea sit damnata sententia, que homines iuste excommunicatos, ac Ecclesia ramen exclusos non esse ponit, in foro interno?

Annon potius ea sit damnata propositionis, quod illos ne in foro quidem externo ab Ecclesia exclusos dicere videatur?

24. Utrum damnatione propositionis 93. ea sit damnata pia ac religiosa observatio, que Jesum iuste excommunicationis vulnera interiora sanare notat, sanitatemque in foro interno restituere?

Annon potius ea damnata sit propositionis, quod de quavis curatione patetur loqui; adeo ut iuste excommunicatus, negligens in foro externo restitucionem sanitatis, seu absolutionem procurare sibi debeat?

25. Utrum damnatione propositionis 92. ea sit damnata Theologorum & Canonistarum definitio, quæ iuste excommunicationem potius tolerandam decernit, quam prodam veritatem, ubi iuste probari in foro externo non potest, aut appellatio non datur locus?

Annon potius ea damnata sit propositionis, quod intellecta sensu, quod sine spe fides nulla in homine maneat, immo & virtus moralis plane

nulla?

26. Utrum damnatione secunda partis propositionis ejusdem, damnatum sit D. Augustini

dictum plane synonimum, *spes sine amore esse non potest*, imperfecto falso & initiali, ut

exponit & docet Doctor Angelicus?

Annon

#### §. I. X.

##### *De Virtutibus Theologicis.*

dum illius nullitas & iustitia probari juridice potest, daturque locus appellationi?

27. Utrum damnatione propositionum 26. 27. 28. damnata sit D. Augustini, & D. Thomæ sententia, immo etiam Concilii Tridentini definitio; a quibus fides prima gratia dicitur, per quam obtainunt & alia; humanæ salutis initium, totiusque justificationis exordium, prima in qua gratia habitualis, quæ Deo salutis auctor primo conjungimur?

Annon potius ea damnata sint propositiones, de prima gratia etiam actuali, que simplicis illustrationis, excitationisque dicitur, intellectus? Quales certe gratia ante habitualem fidei gratiam, peccatorique conversionem multa dantur.

29. Utrum damnatione propositionis 69. damnata sit inculcata toties Divi Augustini sententia, quæ etiam in Ecclesia Canonem transit: fidem scilicet, usum, augmentum, premium fidem, ipsamque vitam aeternam, torum denique divinam gratia donum esse: non quod nulla sit hominum cooperatio, meritum nullum; sed quod ipsa quoque cooperatio, omneque meritum ex divina gratia subolefant, quæ puræ Dei liberalitatis est donum?

Annon potius ea damnata sit propositionis, quod hæc omnia ita puræ liberalitatis Dei dona efficiuntur afferere, ut etiam omne meritum nostrum, omnemque cooperationem nostram excludat?

30. Utrum damnatione propositionum 52. & 68. damnata censenda sit D. Augustini doctrina, ex sacris litteris delibata, compendiarium salutis viam in fide & preciis ponens; quod videlicet materia illa sit graciæ obtinendarum, quibus pervenitur ad vitam aeternam?

Annon potius ea damnata sint propositiones, quod sola fide preciisque salutem aeternam obtinetur, ceteri possent uti, ceteris neglegitis bona operibus arque virtutibus?

31. Utrum damnatione secunda partis propositionis 42. (prior enim, quæ certum fidei dogma est, nullo pacto proscripta creditur) damnata censenda sit D. Augustini, & D. Thomæ sententia, quæ opera sine fide nonnunquam elicita, erit forte intra naturæ ordinem moraliter bona sit, apud Deum tamen nullo esse præmio digna; sed illius oculis impura, atque ingratia, seu minime placita, ac plane sterilia constantissime ponit?

Annon potius ea damnata sit propositionis, quod opere omnia sine fide facta, positive ut ita dicam, impura arque indigna, seu veri proprieatis nonnullæ peccata dicere visa sit?

32. Utrum damnatione prima partis propositionis 57. damnatum censendum sit familiare illud effsum; *Totum deest peccatori, quando illi deest spes*, ita nimur acceptum, quod spe in divina misericordia deficiente, cetera quæcumque peccatori superstant, ad resipendum inutilia sunt?

Annon potius ea damnata sit propositionis, intellecta sensu, quod sine spe fides nulla in homine maneat, immo & virtus moralis plane nulla?

33. Utrum damnatione secunda partis propositionis ejusdem, damnatum sit D. Augustini dictum plane synonimum, *spes sine amore esse non potest*, imperfecto falso & initiali, ut exponit & docet Doctor Angelicus?

Annon potius ea damnata sit propositio, de amore perfecto intellectu, quasi nulla unquam si ne perfecto amore spes esset?

32. Utrum damnatione propositionis 51, datum putandum sit commune illud Theologiae decretum, fidem justificantem, ut justificans est, non operari nisi per charitatem; seu fidem non justificare, nisi quatepus actus ejus informantur charitate?

Annon potius ea damnata sit propositio, quod de fide quacumque putetur loqui; quasi nullum illa proprium actum habeat, nec unquam nisi per charitatem operetur?

33. Utrum damnatione propositionis 53. & 56. damnata sit D. Augustini, & D. Thome sententia, ex Apostolo petita, qua solam charitatem prodebet ad vitam æternam, penesque illam solam stare obtinenda gloria meritum; quatenus cetera quæcumque virtutes, suum licet primum in celis habitura sint, illius tamen obtinendi vim se ipsis non habent, sed quatenus illarum actus a charitate imperantur?

Annon potius ea damnata sint propositiones, in eum sensum accepte, quod sium ceteris virtutibus premium obvenientur omnino negent?

34. Utrum damnatione propositionum 50. 53. 54. 58. damnata in Augustino censeantur similes omnino sententia, de charitate indiscriminatio pronunciata, qualifcumque tandem illa sit; seu sit illa prima veri boni dilectio, bona voluntas, seu plena Theologica virtus; seu sit illa imperfecta, nascens, atque remissa; seu forte perfecta, provecta, ac dominans? Solam enim charitatem generatim & indiscriminatim acceptam Deum colere dicit S. Doctor, *Deo loqui ad Deum de corde nostro clamare*, actiones Christianas Christiano ac religioso modo facere; nullaque sine charitate aliqua religionem esse pronunciavit.

Annon potius ea damnata sint propositiones, tanquam de sola charitate provecta, dominante, atque perfecta ab Auctore pronunciata; qua plena perfectaque sit Theologica virtus? Quasi ea sola & Deo loquatur, & Deum colat, non item altera, pro suo saltem modulo.

35. Utrum damnatione propositionum 44. 46. 49. damnata quoque intelligentiarum pares D. Augustini, ac D. Leonis loquendi formulæ, de charitate perinde ac supra indiscriminatum usurparæ, qualifcumque tandem illa sit? Charitatem enim generatim acceptam, cupiditatem amoris nostrum contradistinxunt Doctores SS. eaque omnia cupiditate, nostrique amore fieri docent, qua charitate Dei amore non sunt; amore inquam Dei remissi saltem, impecfco, & inchoato, qui prima veri boni dilectio sit, bona voluntas.

Annon potius ea damnata sint propositiones, non secus ac superiores; de sola scilicet charitate provecta, dominante, atque perfecta intellectu? Quasi ei semper cupiditate fieri dixerit Auctor, qua charitate dominante atque perfecta non sunt?

36. Utrum damnatione primæ partis propositionis 47. damnati putandi sint, cum D. Augustino, & D. Thome Theologi universi, sola charitate obedientiam universa legi præstari, concordi voce prædicantes; seu legem universam charitate sola nobis impleri contendent; hoc est, sine charitate omnia simul divina legis mandata, non observari?

Annon potius illa damnata sit propositionis 47. prima pars, quod nullam prorsus sine charitate obedientiam legi præstari, sonare videatur; seu quod idem est, nullum prorsus sine charitate mandatum legis impleri.

37. Utrum damnatione alterius partis proposi-

#### §. X.

##### *De afflictionibus & persecutionibus fidelium.*

40. Utrum damnatione propositionis 70. ea sit damnata sententia qua ponit, Deum in peccatum nunquam affigere innocentes?

Annon potius ea damnata sit propositio, quod iustos alio nullo titulo a Deo quandoque affligi, credatur asserere?

41. Utrum damnatione propositionum 97. & 98. negatum illud sit, quod plus nimio experimento comprobatur, & ab Augustino scriptum est: *Viros justos Ecclesia & Christo Domino fide & charitate artillimæ junctos, persecutio nem scipissime pati, penitus addici, censuris injicti iuri; illorumque sanctitatem hoc pacto magisque probari?*

Annon potius eorum exemplorum damnetur abusus; factaque rebus in causa Janseniana gestis accommodatio improbat?

42. Utrum damnatione propositionum 94. 95. 96. 99. & 100. damnati censendi sint, qui dicent, abusus aliquos in Ecclesiæ regime obrepere posse?

Annon potius ea damnata sint propositiones, quod rebus in Gallia gestis occasione Jansenismi, cendantur ab Auctore accommodata, ad Episcoporum zelum ac studium incusandum?

#### §. XI.

##### *De gratia primi hominis innocentis.*

43. Utrum damnatione propositionis 35. ea sit

quo-

quorundam Theologorum damnata sententia, qui gratiam sanctificantem naturæ Adami sanæ & integræ fuisse debitam dicunt, debito congrui; seu divina providentia maxime congruisse, ut hominem a se conditum ad ordinem supernaturalem eveharet?

Annon potius ea damnata sit propositio, quod eam gratiam debito stricti juris, naturæ humanae primo condite debitam dicere existimet?

44. Utrum damnatione propositionis 36. damnata sit familiaris Apostoli phrasis, qui justitiam gratiamque sanctificantem, non in persona nostrorum omnium propriam datam dicit, atque receptionem, sed in persona Christi Domini, hoc est, non merito nostro, nec ratione nostri, nobis inesse, sed Christi?

Annon potius ea damnata sit propositio, quod ad sensum Calvinianum traducita sit; quasi justitiam gratiamque sanctificantem animabus nostris inhærentem negaret?

45. Utrum damnatione propositionis 34. Augustini phrasis damnata sit: *Adami innocens merita, antequam peccato perirent, humanae disertissime vocantur: qua notatum duntaxat voluit S. Doctor, liberum tunc homini arbitrium, ut propter natura sua fortius atque robustius, maiores ad meritum partes habuisse, quam nunc habeat laetum & vulneratum in nobis?*

Annon potius ea damnata sit propositio, quod Adami innocens merita pure humana intellectu putetur Auctor; hoc est, nudis humana naturæ viribus parta, absque ullius gratiae supernaturalis adjutorio?

#### §. XII.

##### *De gratia hominis lapsi.*

46. Utrum damnatione propositionum 10. 11.

12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. damnatum putandum sit Systema gratiae ipsa, & ab intrinseco efficacis; proscriptaque ab usu scholæ frequentes illa D. Augustini, & D. Thome voces, quibus eam fortissimam, omnipotissimam, invicissimam dicunt; indeclinabili, insuperabilis, immutabilis fortitudine agentem, atque moventem; a nullo unquam duro corde rejectam; immo cui nullum homini resift arbitrium; hominum voluntates quo voluerit, quando voluerit, ubi voluerit inclinantur; vocem denique Patris appellant, quam qui didicit non folium potest venire, sed venit, qui non didicit, non venit ad Christum?

Annon potius damnata illa fuerint propositiones, quod generatim & universi de quacumque interiori gratia dicere videantur, quod de sola efficaci gratia dici debet?

47. Utrum damnatione propositionum 2. 4. 9. damnata Augustini sententia sit, qua novum aliud potentia genus, per gratiam efficacem & operantem homini tribui ponit, ad implenda mandata; novum scilicet possibiliter gradum cum effectu conjunctum, novas illasque efficissimas vires?

Annon potius ea damnata sint propositiones, quod aliud nullum possibiliter genus admittere videantur, quam quod efficaci & operante gratia confertur? Unde sequeretur mandata Dei hominibus ex non impletibus, & efficaci gratia definitus esse absolute impossibilia.

48. Utrum damnatione propositionis 3. damnatum sit Augustini pronuntiatum omnino synonimum: *Precepimus fructuæ sit, nisi Deus operetur & velle... Homo gratia iuratur, ne sine causa voluntati ejus jubeatur: Quo significatum voluit*

*Serry Tom. V.*

S. Doctor, Dei mandata re ipsa nunquam impliri, nisi ille per gratiam suam implere ea fecerit?

Annon potius ea damnata sit propositio, quod vanum præceptum, hoc est injustum ac minime obligans intellexisse putetur illius Auctor, nisi Deus per gratiam suam dederit ipse, quod præcipit?

49. Utrum damnatione propositionum 21. 22.

23. 24. 25. impræcias judicata sint comparationes Incarnationis, Creationis, resurrectionis, miraculorum patrationis, ad infallibilitatem, omnipotentiam, liberalitatem, seu *gratuitatem* efficacis gratia explicandam?

Annon potius ea damnata sint propositiones, quod ad gratia necessitantis ideam ac speciem animis inferendam, comparationes illæ credantur adhibere?

50. Utrum damnatione propositionum 38. 39.

40. damnata putanda sint eadem in Augustino loquendi formula, de gratia actuali usurpata; qui faltem nisi exenteretur moveaturque homo, sed nativis corruptæ viribus relinquatur, nil nisi ad malum possit?

Annon potius ea damnata sint propositiones, quod de gratia habituali arque sanctificante fuerint intellectu; quasi ei destinatus homo, nihil omnino nisi per peccandum valeat?

51. Utrum damnatione secunda partis propositionis 41. ea sit damnata sententia, qua scientiam naturalem sine Dei gratia, nonnisi vanitatem & præsumptionem ex accidenti faltem in Philosophis Ethniciis produxisse tener?

Annon potius ea sit propositio damnata, quod innuat potius, naturalem cognitionem ac scientiam, divina gratia & charitate in Philosophiis Ethniciis substitutam, fuisse ex se se malam; atque ita præsumptionem ac vanitatem necessario produxisse?

52. Utrum damnatione propositionis 5. ea sit damnata sententia, que statuit, gratias exteriores, cordis obdurationem per accidens, ac velut ex occasione producere, dum Deus per interioremunctionem cor hominis non emolit?

Annon potius ea damnata sit propositio, quod significare Censoribus vita sit, gratias externas, nisi interna succurrant, obdurationem per se se, ac necessario producere?

53. Utrum damnatione propositionis 43. damnatum illud sit dogma Catholicum ab Apostolo traditum; nos scilicet, per Baptismum peccato mori; ita tamen ut spiritualem illam mortem plenam & integrum momento non assequamus, sed toto vita decursu pro ea integre obtinenda laborare debeamus, suscepimus Baptismatis gratiam excitando suscitandoque?

Annon potius ea damnata sit propositio, quod oblique faltem innuar, eam nos spiritualem mortem plene & integre statim, ac ipso momento consequi, suscepimus Baptismate?

#### §. XIII.

##### *De voluntate salutis omnium hominum, deque Christi morte pro omnibus operita.*

54. Utrum damnatione propositionis 30. damnata censenda sint frequentes apud Augustinum ejusque discipulos loquendi formulæ omnino parres, de abfoluta, efficaci, ac decretoria Dei voluntate, quam consequentem Schola nuncupat,

Annon potius ea in Auctore damnata sit propositio, quod de quacumque Dei voluntate, ac de illa etiam, quam antecedentem schola dicit, fuerit intellectu? Aut quod voluntatem Dei usurpata?

F f ante-

antecedentem ea propositione negari, censores existimarent?

55. Utrum damnatione propositionis 31, damnati censendi sint D. Augustinus, & D. Thomas, qui omnia Christi Domini desideria, plena tamen, firma, & absoluta, suffusque ad Deum precibus expressa, suum semper effectum sortiri, disertissime docent?

Annon potius ea damnata sit propositio, de quibusvis accepta desideria, antecedenti etiam voluntate, meraque, ut ajunt, velleitate conceperit?

56. Utrum damnatione propositionis 32, propria consente sint synonimæ pro�us D. Augustini sententia, de Christi morte efficaciter, atque ex absoluta salutis procurandæ voluntate operitæ, pronunciatæ?

Annon potius ea damnata sit propositio, quod de Christi Domini morte quomodolibet, ac etiam mere sufficienter tolerata, fuerit a Censoribus intellecta?

57. Utrum damnatione propositionis 33, negatum sit speciale Pauli ceterorumque Apóstolorum privilegium, mortis scilicet Christi pro illis specialiori efficaciorique modo operitæ, unde illis nata sit eminentior firmiorque in Christi morte fiducia?

Musa fiant Labia dolosa, quo loquuntur aduersus justum iniquitatem, in Superbia & in abusione.  
Psalm. 30. vers. 21.

F I N I S.

# COLLOQUIUM PATAVINUM INTER PUBLIUM. ET NÆVIIUM

*Adversus Theologiam Supplicem*

PATRIS MAG. SERRY.